

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

Electorum imperii institutio

Sanctione de impatoris electione. fecit gregorius quintus. ad undecimam qua obierat mensem rome restitutus. acerrima de accepta a romanis iniuria ultione sumpsit. Ottone enim tercio p successionem non sine difficultate impatore creato. idem pontifex ex eade gente natus. cognoscens impij imbecillitate ac fortune mutabilitate. ut diutius apud germanos summa impij maiestas remanere posset. Synodo congregata statutum tulit de impatore eligendo. solis licere germanis (quod inde electores sunt dicti) principem eligere. Quam sanctionem huc usque per annos supra quadringentos fuatam videmus. ut in futurum non per sanguinis successionem impium duceret. sed per solos germanos. perceres. vna cum bohemi rege impator eligeret. Qui cesar tunc et romanorum rex dicitur. si a romano pontifice coronabitur impator augustus appellatur. De qua confirmatione plenius habet extra de elec. c. venerabile. Suntque hi electores. ut in figura claret. Maguntinus. Treuerensis. et coloniensis archiepiscopi. Et marchio brandenburgensis. Palatinus comes. Dux saxonie. Rex bohemie. Distincta sunt autem inter eos officia. ut tres primi sint cancellarii. Germanie primus. secundus Gallie. tertius. Et brandenburgensis marchio camerarius. Comes palatinus dapifer. Dux saxonie ensis portitor. Rex bohemie sit pincerna. que tamen his additum fuerunt ad tollendas electorum discordias. De his quidam scribit. Sunt autem officiales isti Maguntinus Treuerensis Coloniensis. Quilibet impij sit cancellarius horum. Inde palatinus dapifer. dux portitor ensis. Marchio propositus camere. pincerna bohemus. Hi statuerunt regem servatque per ordinem legem. Atque creant dominum cunctis per secula summum. Annum in quo hec sanctio facta est primum vel ut alij scribunt secundum supra mille simum christiane salutis fuisse inuentimus.

Formam autem et modum eligendi regem novum per septem principes electores romani imperij. et eorum ac quo ordine. aurea bulla clarissime edocet. quam carolus quartus impator in solenni dieta Nuremberge Anno. M. ccc. lvi. edidit. electus deinde cesar et romanorum rex appellatus. tunc demum impator et augustus habet. si cum romano pontifice confirmat. Nostri enim impatores cum eliguntur an consecrationes coronationemque romanorum reges appellantur. quasi pluris existimandum impatorum quam regum nomen. Atvero prius romani post expulsam Tarquinium superbum ob odium regum. nomen regum funditus sustulerunt. Senatus consulto statuentes ne quem deinceps regem in urbe esse liceret. Cum impatores per multi tot annis re bene et feliciter adversus hostes gesta honoris causa appellarentur. Tres enim gradus maiorum dignitatum apud romanos (de quorum principe loquimur) fuerunt rex dictator. impator. Et his suprema omnium potestas rex fuit. Post regem vero secundum tenuit dignitatis locum dictatura post dictaturam impium tertio gradu consistit. Julius autem cesar cum septem post partam victoriam. esset impator ab exercitu appellatus. non impator aut regum. sed dictator nomen usurpavit. tantum odium regis nomen in urbe exerat. Cum autem cuperet regis nomen. et vereret populi indignationem. molitus expeditiones in partios atque asseres in libris Sibyllinis contineri. non nisi a rege partios superari posse. se rege dici percuravit. Quod maturate moris sue cum primum concurat. Est autem imperium armorum exercituumque ad tutandam augendamque republicam commissa auctas. Uerum quoniam mos ille abolevit omnino. Nec solus ex usu. sed ex memoria quoque germanorum abiit. Hunc recentionem per plures ferme annos servatum antiquum arbitremur. Sequamur a nostris maioribus religiose instituta. et ad nos usque traducta que consensus christifidelium approbant. Ac deinceps diligetissimis doctissimorum historicorum scriptis (quod vnicuique est refugium) oblectemur. Nec curiosi quod ceteri loquuntur.

